Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1475
Quelle:
Copyright:

Vtyeſs tye buob. Conſoletur te Deus. et ſubpletur *Defectus perſaltatus* (überſprungen) *in capitulo quintodecimo.* Accedit et *Regeſtum de blasfemia ſiue de 12 tortoribus*, in quo *Papa* magnam facit paginam, ut facile credas.

XII. *fol.* 195. p. 2. adjecta eſt Bibliographia *Wicleſiana* ſive Elenchus multorum ejus Operum cum eorum initiis, unde Catalogi *Balei* et *Tanneri* non parum ſubpleri et perfici poſſint. Inter alia diſco, Tractatus varios, qui nunc ſeparatim feruntur, Partes eſſe *Summae Theologicae* Noſtri. Ita Pars ejus I. eſt *de Mandatis.* II. *de ſtatu innocencie.* III. IV. V. *de dominio ciuili.* VI. *de veritate ſacre ſcripture.* VII. *de eccleſia.* VIII. *de officio regis.* IX. *de poteſtate pape.* X. *de ſymonia.* XI. *de apoſtaſia.* XII. *de blasfemia.* Verum id eſſe, vel horum Librorum initia comprobant. Ita ſuperius legimus: *Reſtat ſuccincte de blasfemia* &c.

Codicem utrinque ambit Membrana notis chronologicis multata, tempore tamen *Wenceslai* Rom. et Bohemiae Regis data a *Wenceslao de Olomucz Archidiac. Bechinenſi in Eccleſia Pragenſi Curiae Archiep. Pragenſ. et apoſtolicae ſedis Legati Officiali* in cauſſa *Eraſmi Mathiae de Obrzienicz Clerici Dioec. Prag.* contra *Nicuſſium Weyner* et ejus *uxorem Petruſſiam oppidanos oppidi in Luna* infertis ſuper eandem litem literis *Turibii Ep. Tudenſis executoris principalis*, et apoſtolicis *Bonifacii* IX. Pont. Max. pro vindicatione quorundam Bonorum predicto Clerico debitorum.

CCCXCII.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 230. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis diſtinctus, fronte picturatus, et marginibus enotatus ſequentia complectitur *Job. Wicleſi* Scripta: *I. Incipit De Symonia. Et eſt liber X. in ordine ſumme ſue.* Initium: *Poſt generalem ſermonem de hereſi reſtat de eius partibus pertractandum* &c. Vide *Cod.* CCCXL. in quo *Capitum* Summaria praecedunt, quae hic ſequuntur. Verſus praeterea ſecundus ibi adlatus hic ita habet: 930

Cunctos cum papis mordens monachosque prelatis.

II. *fol.* 37. *Incipit Tractatus de Apoſtaſia liber XI.* Initium: *Reſtat vlterius ponere aliud principium pro ambitu hereſis ſymoniace perſcrutando* &c. Ut alibi. Ad calcem: *Explicit Tractatus de Apoſtaſia per reuerendum doctorem J. W. cuius anima per miſericordiam altiſſimi requieſcat in pace. Amen.* Et recentiore calamo: *Reſpice finem 1517.* cum nomine fortaſſe Poſſeſſoris κρυπτογραφικως exhibito, cui, qui velit, Oedipus eſto.

III.